



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Eiaculationes aliæ ex vtroq. Testamento collectæ. viiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

saluus ero. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. Misericordia tua multa Domine: secundum iudicium tuum uiuifica me. Erraui sicut ouis que perit: quare seruum tuum Domine.

Psal. 119.

De profundis clamaui ad te Dñe: Dñe exaudi uocem meā. Fiant aures tuā intendentes in uocem deprecationis meae. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Psal. 142.

Nō intres in iudiciū cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Velociter exaudi me Domine: deficit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: educ de tribulatione animam meam.

Eiaculationes alia, ex utroque Testamento collectę.
2. Paralip. 36.

CAPVT
VIII.

TU Domine omnipotens, benigne, longanimis & multum misericors, secundum multitudinem Bonitatis tue, promissisti pœnitentiã & remissionem iis, qui peccauerunt tibi: & multitudine miserationũ tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus in salutem. Et nũc flecto genua cordis mei, precans a te bonitatem. Peccauī Domine, peccauī: & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te: remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus, reserues mala mihi: quia tu es Deus, Deus pœnitentium: & in me ostēdes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper omnibus diebus uite mee: quoniam te laudat omnis uirtus calorū, & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

Iere-

Ieremiæ cap. 17.

*Sana me Dñe, & sanabor: saluum me fac, & saluus
erit: quoniam laus mea tu es.*

Baruch cap. 3.

*Dñe omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis,
& spiritus anxius clamat ad te: audi Domine & mise-
rere, quia Deus es misericors: & miserere nostri, quia
peccauimus ante te.*

Danielis cap. 9.

*Dñe Deus noster, auertatur obsecro ira tua: & ex-
audi Domine Deus noster oratione serui tui. Non enim
in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras
ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis. Ex-
audi Domine, placare Domine, attende & fac: & ne
moreris propter te ipsum Deus meus.*

1. Esdræ 9.

*Deus meus, confundor & erubesco lenare faciẽ meam
ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su-
per caput nostrum, & delicta nostræ creuerunt vsque
ad calum.*

Matthæi cap. 15.

Miserere mei Dñe, fili Dauid: Domine adiuua me.

Matthæi 9. & 20.

*Domine miserere nostri fili Dauid: Domine miserere
nostri fili Dauid.*

Luçæ cap. 15.

*Pater Peccani in calum & corã te: iam non sum di-
gnus vocari filius tuus.*

Luçæ 18.

Deus propitius esto mihi peccatori.

*Precatiunculæ, siue Eiaculationes ad D. N. Iesum
Christum, ex D. Augustini libris congestæ.*

Domine Iesu Christe, fili Dei vini, qui expansis in
cruce manibus, propter mortalium omnium re-
demptionem, hausisti calicem passionis: mihi hodie præ-
bere

CAPVT
IX.
Meditation.
cap. 39.